

Liber Quartus.

mergit. In illo qui exis in egritudine medico tradit Gratia nobis a deo pcedit sicut radi a sole. sicut germen a radice. sicut mel a flore. sicut riuus a fonte. sicut ymago ab artifice sicut exemplar interi⁹ et fructura exteriori.

De distinctione gratiarum. Capitulū .ij.

Gratia dicitur tripliciter. Primo generaliter. Et sic gratia est adiutorium diuini creature gratis impensum. et indifferēter ad quēcunq; actum. Sine hui⁹ adiutorio gratie nihil possum⁹ facere. ymmo nec in esse durare. Secundo dicitur gratia specialiter. Et talis gratia dicitur gratis data. scilicet donū quo se homo pparat ad suscipiendū spūsancti donū. Huius em grē est reuocare liberum arbitriū a malo et excitare ad bonum. sine qua nullus facit sufficienter quod in se est vt se preparat ad salutem. Tercio dicitur grā pprie scilicet donum datum diuinitus ad merendū. Quod quidē donum grā gratū faciēs appellat. Sine ista grā nullus potest mereri. nec in bono pficere. nec ad gloriā puenire. Ista triplex gratia innuit in verbis Apli. vbi ait. Gratia dei sum id quod sum. Ecce prima. Et gratia dei in me vacua non fuit. Ecce secunda. Sed grā eius semp in me manet. Ecce tertia.

De effectu gratie. Caplū .iiij.

Effectus gratie est q excitat liberum arbitrium ad bene cogitandum. et sanat ipsum mutando effectum. ipm⁹ roborat pducendo ad actum. Item gratia deum homini reconciliat. a peccato quoq; liberat. et penam eternam in temporalem commutat. Item grā